



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

I. De celebritate festiuitatis annuntiationis dominicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

396 VITALIANVS PAPA. CONCILIVM CONSTANS IMPERATOR.
RECCESVINTHVS REX HISP.

CONCILIVM TOLETANVM X. ANNO CHRISTI
656.
VIGINTI EPISCOPORVM
ANNO OCTAVO RECCESVINTHI REGIS,
æra DCXCIV. celebratum, sub Vitaliano papa.
Est prouinciale.

TITVL I CAPITVLORVM.

- * annun-
tiationis
dominica. I. De celebritate festivitatis * domi- v. De remotis excusationibus vi-
nica matris. duarum transgressionem religio-
nibus sequentium.
II. De non violandis religiosoru- ramentis, in salutē regiam datis. VI. De his qui in parua atate co-
III. De non permittendo laicis im- perare religiosis. ram parentibus religionis habi-
tum tenuerint.
IV. De profētione & ueste religio- VII. Ut nullus Christianum Iu-
sarum viduarum. dæis vendat.

PRÆFATI O.

IN NOMINE DOMINI HABITA SYNODVS X.
in Toletana urbe, die Kalendarum Decembrium, anno octa-
uo glorioſſimi domini & religioſſimi Reccesuinthi principis,
æra DCXCIV.

GRATULATIONEM nobis spiritualem diuina contulit
gratia, quando tribuit vti * nobis & salutaris discipli- * inter
næ * frequentia, & conuenire ad pacificorum votorum nos
studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concor- * frequē-
dia animi, & in Conuentu loci, referentes gratias inuisibili- tiā, tiam,
li Deo, & glorioſo rerum domino Reccesuintho regi, cu-
ius sacratissimo voto, retenta paternitatis sanctæ tradi-
tionē, ad sacrum quiuimus adunari Conuentum, has sub-
ter annexas regulas concordi definitione prolatas æterna
statuimus manere lege præfixas.

C A P I T V L A.

I.

Cum nihil fidei sinceritas per diuersitatem ad-
uersum incurrat, & vnitatem catholicæ regulæ va-
rietas nulla discerpat, est tamen quod nisi tempo-
rum vnitate seruetur, & discidiū indiscissæ vnitati



ANNO CHRISTI
656. parturiat, & sacramentorum vnitate constare non valeat. Hinc est, quod^b paschale festum, nisi uno die celebremus & tempore, in Iudaicum decidamus errorem. Hinc^c aduentum sancti Spiritus post resurrectionem Dei nisi expectemus tempore definito dierum, simul & numero, non possumus impleri eiusdem Spiritus dono. Quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterii sacramento. Hinc^d natuitatis dominicæ sacrum, quo euidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, absque dubio seruat temporis cursum, & re-
*speciale
dici mo-
nimentū. præsentat * specialis diei momentum. Si ergo natuitatis & mortis incarnati huius Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diuersitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer ecclesia celebretur, cur non festiuitas gloriosæ matris eius eadem obseruantia, uno simul ubique die, similique habeatur honore? Inuenitur etenim in multis Hispaniæ partibus huius sanctæ Virginis festum non uno die per omnes annorum circulos a-
* Quo
enim trāf-
duces ho-
mines di-
uersitas
temporū,
dum va-
rietatem
celebri-
tatis habe-
re probā-
tur? gi. * Quoniam transducti homines diuersitate temporum, dum varietatem sequuntur, vnitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re, quoniam die qua inuenitur angelus Virgini Verbi conceptum & nuntiasse verbis, & indidisse miraculis, eadem festiuitas non potest celebrari condigne, cum interdum quadragesimæ dies, vel paschale festum videtur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solennitatibus, sicut ex antiquitate regulari caustum est, conuenit celebrari; cum etiam & ipsam incarnationem Verbi non conueniat tunc cele-

D dd iij

398 VITALIANVS PAPA. CONCILIVM CONSTANS IMPERATOR.
RECCESVINTHVS REX HISP.

ANNO
CHRISTI
656.

britatibus prædicari, quando constat id ipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli, ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octauum diem, quo natus est Dominus, genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus & præclarus. Ex pari enim honore constat, ut sicut nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festiuitatem matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam * quod festum est matris nisi incarnationis * quid Verbi? cuius utique ita debet esse solenne, sicut est & eiusdem * nativitas Verbi. Quod tamen nec sine * nativitas exemplo decadentis moris, qui per diuersas mundi partes dignoscitur obseruari, videtur institui. In multis namque ecclesiis a nobis & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Proinde, ut de cetero quidquid est dubium sit remotum, solennitas dominicæ matris die decimo quinto Kalendarum Ianuariarum omnimodo celebretur, & nativitas Filii eius Salvatoris nostri die octauo Kalendarum earumdem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur.

I I.

Conc. To-
let. IV. c. 73. Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterat grauitatis: sed quia leuitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honesta solicitude cohibere properat, quod frequentata usitatio vita non curat. Ideo cum & quorundam paternorum sanctionibus decretorum, & institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum, gentisque, aut patriæ, quisquam meditari conetur

